

Audiamus insuper divum Alphonsum de Ligorio in hac re ita disserentem:

« Cum promissio matrimonii inest, deflorator tenetur puellam ducere, non solum cum promissio est vera, sed etiam cum est ficta, ut tenendum est cum S. Thoma, quem communiter sequuntur S. Anton., Sanchez, Lugo, Tambur., Salmant., Croix, Viva, etc., contra pauciores, qui obligant ad reparandum solum damnum. Ratio est... quia in contractibus non nominatis *do ut des*, et hujusmodi, cum alter præstat suam partem, alter, licet fide promiserit, pariter tenetur ex justitia præstare suam, non secus ac si vero ex animo promississet, dum hoc necesse est, ut a contractibus fraudes, quæ cum damno communi impedirent commercium humanum, removeantur. Et idem dicendum cum Lugo, et Salmant. contra Sanchez, si quis ficta matrimonii promissione viduam bonæ famæ cognosceret (78). Hoc (prosequitur de Ligorio) procedit quoad conscientiam; sed quoad forum externum hic obiter notamus, quod avertit continuator Tournely, (quod) valde utile esset ad impediendam hæc tam frequentia facinora, si episcopi et magistratus irritas omnino declararent omnes istas matrimonii promissiones etiam juramento firmatas, nisi plene testimoniis et scripturis validis hæc constarent. » *Homo apostolicus*, De septimo præcept. Decal., punct. 6, n. 93 (79).

(13. Doctrina hæc tradita, nempe quoad ducendam defloratam, sequentes limitationes patitur. Audiamus prælaudatum S. Alphonsum in hæc verba:

(14. « Limitatur sententia præfata circa obligationem defloratoris cum ficta promissione, I: Si mulier ex verbis, aut aliis circumstantiis de facili animadvertere poterat deceptionem; ut esset, sicut dicunt communissime Lugo, S. Anton., Nav., Silvest., Salm., Busembaum cum S. Thoma, si vir esset longe nobilior et ditior; quia tunc, ut dicit Angelicus, merito præsumi potest quod mulier finxit aut voluit decipi, sed revera decepta non est... Item dicunt probabiliter Sanchez, Lugo, Less., Salm., Viva, et alii, hoc procedere, etiamsi puella disparitatem ignoraverit; quia si adesset præcisa obligatio matrimonii, tunc vir teneatur reddere aliquid excedens æqualitati debitæ injuriæ illatæ: unde tunc sufficere ut curet reficiendum damnum eam doto. »

(78) Id ipsum tradit idem D. de Ligor., in *Theol. mor.* De sept. Dec. præcept., n. 642, ibi: « Ratio est quia aliter, si deflorator virginem deceptam non ducat, nunquam ei reddet æquale, nec damnum adæquate reficiet. Ratio 2, quia in contractibus innominatis *do ut des, facio ut facias*, quando alter ex sua parte implevit, tenetur alter implere ex justitia, quamvis fide contraxerit. Ut enim humanum commercium recte servetur, ipsum jus naturæ exigat ut omnis fraus a contractibus absit: et propterea obligat decipientes, ut in pœnam suæ fraudis teneantur ita reddere omnino indemnes proximos deceptos, ac si nulla fraus intercessisset. Unde, sicut in aliis contractibus, tenetur ex. gr. venditor tradere

« Contra (prosequitur D. de Ligorio) si mulier poterat percipere disparitatem, probabilis est... non teneri tunc ne damnum quidem reparare, sicut etiam expresse docet S. Thomas (*Suppl.* 46, art. 2 ad 4) sic dicens: « Et etiam quoad hoc (nempe ad « damni reparationem) non tenetur, quia « præsumi probabiliter potest quod sponsa « non fuerit decepta, sed decipi se finxerit. »

(15. « Limitatur II (sic idem de Ligorio): Si ex matrimonio pessimus timeretur exitus (80). (16. Limitatur III: Si mulier remitteret defloratori obligationem se ducendi cum hæc remissio valida sit... (17. Limitatur IV: Si matrimonium non posset perfici a viro sine familiæ dedecore; nam tunc non tenetur ad matrimonium, licet promissio esset vera, cum tunc sit invalida, sicut de re illicita. (18. Limitatur V: Si vir adhibet tantum tactus cum virgine, ut dicunt Sanchez, Nav., Lugo et Croix, quia soli tactus non sunt tantæ injuriæ, ut inducant obligationem ineundi matrimonium fide promissum, nec tanti ponderis, ut non ingerant mulieri suspicionem fictionis; modo (excipitur) mulier non esset nobilis aut honesta; aut modo vir non requisivisset, nisi solos tactus cum nuptiarum promissione, et propter illos jam patefactos, aut saltem familiaritate divulgata, puella remaneret infamia notata. (19. Limitatur VI: Si vir puellam censebat virginem, sed corruptam inveniret: ita communiter; et eo casu dicitur juxta sententiam probabiliorum... quod vir non tenetur aliquid dare ratione copulæ traditæ, nisi adesset pactio expressa, aut nisi ex tali facto, mulier remaneret infamia notata. (20. Limitatur VII: Si ipsamet puella repugnaret nuptias contrahere, quia vir tunc non tenetur ad aliud. » *Ibid.*, num. 94 et seqq.

(21. Dubitatur an habens votum castitatis, virginem deflorando, teneatur eam ducere? Negant Laym., Salm. et Conc., sed recte affirmant Lugo, Sanchez, Vasquez, Tamb., Spor. et Croix, nec agnosco utrum opposita sententia probabilis judicanda sit, quia, ut servetur bona fides in contractibus, fide promittens tenetur præstare partem suam, ac si vere promississet, cum alter contrahentium partem suam adimplevit... 2. Quod deflorator si promittere nequibat matrimonium, poterat saltem promittere impetrationem absolutionis a voto; et ad hoc jam

domum venditam, pro qua pretium jam accepit, quamvis fide contraxerit, juxta communem sententiam, ita in casu præsentis deflorator, etiamsi aliunde posset damnum resarcire, tenetur omnino matrimonium promissum contrahere. »

(79) Caterum si deflorator hujusmodi matrimonium cum alia inest, etsi illicitum, validum utique erit, per manifesta juris principia, non secus ac in sponsalibus in genere.

(80) « Item dicunt Sanchez cum S. Ant. et Salm. cum Dicast. si timeantur magna scandala, vel rixæ inter consanguineos contrahentium. » Idem S. Alph. de Ligor., *Theol. mor.*, lib. III, De sept. Dec. præcept., n. 644

se obligavit promittendo matrimonium, dum qui ad finem tenetur, tenetur etiam ad ponenda media, nempe ad impetrandam dispensationem, et casu quo eam obtinere non posset, tenetur saltem ad compensandum damnum. Hæc in terminis habet prælaudat. S. Alphonsus, cit. *Homo apost.*, n. 97, quæ eadem docet Sanchez, *De matrim.*, lib. I, disputat., 10, n. 3 et seqq.

(22. « Dubitatur 2, ad quid teneatur violans virginem sibi conjugatam sub matrimonii promissione? Si promissio fuit vera, et intercessit pactum impetrandi dispensationem, communis est sententia, promissionem esse validam, et obligare prius ad

## SUBCOLLECTOR APOSTOLICUS.

## SUMMARIUM.

1. Subcollectores cameræ Apostolicæ in causis spoliiorum et jurium præfate cameræ exempti sunt a jurisdictione ordinariorum. — 2. Subcollectores Apostolici tanquam prorsus exempti non comprehenduntur sub decreto concilii, sess. vi, *De reform.*, cap. 4, et sess. vii, cap. 1, et sess. xxv, cap. 6, *De reformat.* — 3. Subcollectores Apostolici non possunt visitari nec corrigi ab episcopo. — 4. Subcollectores et commissarii spoliiorum non comprehenduntur sub dispositione ordinariorum, sed nuntii Apostolici juxta eorum privilegia. — 5. Subcollectorum privilegia non suffragantur illis qui non resident in diocesi, ejus sunt deputati subcollectores. — 6. Imo sacra congregatio non probat quod quis deputetur subcollector in aliena diocesi. — 7. Et sic deputati non sunt exempti ab ordinario loci ubi beneficium habent. — 8. Subcollectorum spoliiorum causæ ad nuntium pertinent. — 9. Subcollectores si non servant amplius, subsunt jurisdictioni ordinariorum. — 10. Parochi alique beneficiarii residentiales non debent deputari subcollectores; et si deputantur, non sunt exempti quoad onera beneficii. — 11. Unde episcopus potest eos cogere ad residentiam et ad solvendum punctaturas. — 12. Quod dictum est de curatis, intelligitur, etiamsi sint archidiaconi vel archipresbyteri, vel in alia dignitate constituti. — 13. Potest episcopus exsequi suam

(1. Subcollectores cameræ Apostolicæ, advocati, procuratores, fiscales et notarii in causis spoliiorum et jurium præfate cameræ, eorum officio durante, sunt exempti a jurisdictione ordinariorum. Ex litteris Pauli III, Pii IV, Gregorii XIII et Sixti V, quarum meminit Joann. Anton. Novarr., in *Summ. Bullar.*, tit. *De subcollectoribus*, et Barbosa, in *Summa Apostolic. decis.*, verb. *Subcollector.*, num. 1.

(2. Subcollectores Apostolici tanquam prorsus exempti non comprehenduntur sub decreto concilii. *Tridentin.*, sess. vi *De reformat.*, cap. 4, et sess. vii, cap. 1, et sess. xxv, cap. 6, *De reform.* Sacra congregat. Concil., penes Gonzal., ad Regul. 8 *Cancellar.*; Glossa 51, num. 81 et 82, et Barbosa, *loco cit.*

(3. Subcollectores Apostolici non possunt visitari, nec corrigi ab episcopo. Sacra congregat. Concil. in *Senogallien.* 11 Julii 1590, apud Barbosam, *loc. cit.*, num. 5.

(4. Subcollectores, vel commissarii spoliiorum non comprehenduntur sub dispositione ordinariorum, sed nuntii Apostolici

dispensationis impetrationem, et deinde ad matrimonium, quoties hujusmodi dispensationes solent concedi. Idem dicimus si promissio fuerit ficta, nec mulier potuisset fictionem animadvertere; nam promittens tenetur efficere omne id quod facturus fuisset si promissio fuisset vera. Si tamen ille inculpabiliter non advertisset ad impedimentam cognationis, quod aderat, et pro dispensatione opus esset magno incommodo aut sumptu, ad tantum non tenetur, tenetur autem ad damni refectionem, sicut quilibet alius injustus deflorator. » Antec. D. de Ligorio, *ibid.*, num. 98.

sententiam latam contra suum clericum, antequam esset subcollector, vel etiam post, si antea inceptum fuerat iudicium. — 14. Si subcollectores administraverint redditus capitulares, compelli possunt ab ordinario ad reddendas rationes; sed si fuerint in fraude deprehensi, puniuntur a suo iudice. — 15. Potest episcopus cogere etiam clericos subcollectores, ut synodis intersint, et ad publicas processiones accedant. — 16. Subcollector absque iicentia ordinarii alloquens moniales potest excommunicari. — 17. Subcollectoris delictorum saltem notiorum informationem potest capere ordinarius, vel capi facere ad effectum transmittendi suis superioribus. — 18. Subcollectores subjecti sunt episcopo quoad celebrationem missarum, et alias functiones ecclesiasticas, et quoad onera ipsi ratione beneficii incumbunt. — 19. Non potest tamen episcopus illos a divinis suspendere ob delicta occulta, sicut cæteros subditos. — 20. Subcollector spoliiorum nequit percipere distributiones quotidianas, dum ratione officii subcollectoris choro non assistit. — 21. Episcopus, si in sua diocesi omnes canonicos, vel eorum major pars prætextu officii subcollectoris præterant exemptionem a sua jurisdictione, debet facere verbum cum sanctiss. — 22. Subcollectores et commissarii pro locis exemptis, sed habitantes in civitate episcopo subdita, non gaudent exemptione a jurisdictione ordinariorum. — 23. Alia ad rem, num. 45.

juxta eorum privilegia. Sacra congregat. Concil., apud Barbosam, *loc. cit.*, n. 6.

(5. Subcollectorum privilegia non suffragantur illis qui non resident in diocesi, ejus sunt deputati subcollectores. Sacra congregat. Episcop., in *Pistorien.* 9 Februarii 1624, apud Nicol., in *Flosculis*, verb. *Subcollector*, n. 1.

(6. Imo sacra congregatio non probat quod quis deputetur subcollector in aliena diocesi. Eadem sacra congregat., in *Pistorien.* 9 Septembr. 1625, apud eundem, *loc. cit.*, n. 1. (7. Et sic deputati non sunt exempti ab ordinario loci ubi beneficium habent. Eadem sacra congregat., in *Venafren.* 9 Decembr. 1654, apud eundem, *ibid.*, sub n. 1.

(8. Subcollectorum spoliiorum causæ ad nuntium pertinent. Sacra congregat. Episc. 14 Decembr. 1619, apud Gavant., in *Manual. episc.*, verb. *Spolia clericor.*, num. 14.

(9. Subcollectores cameræ Apostolicæ, si non servant amplius, sub ordinario sunt. Sacra congregat. Episc. 1 Octobris 1602, apud

Gavant., loco cit., verb. *Exempti*, n. 9, et sac. congreg. Concil. 14 Aprilis 1646, quæ apud Nicol., loco cit., num. 4, expresse censuit quod subcollectores amoli, vel amplius non servientes, non gaudent exemptione ab ordinarii jurisdictione.

(10. Curam animarum, vel aliud servitium ecclesiasticum personalem residentiam requirens, obtinentes, non debent deputari subcollectores, et si deputantur, non sunt exempti quoad onera beneficii. Sac. congreg. Episc., in *Asculana* 19 Aprilis 1606, et in *Acerren.* 23 Maii 1614, apud Nicol., loco cit., num. 2. Et quod subcollector non excusetur a residentia parochiali, decrevit etiam sac. congreg. Concilii, apud Barbosam, loco cit., num. 3.

(11. Unde episcopus cogere potest eos ad residentiam et ad solvendum punctaturas. Sacra congreg. Episc., in *Marsican.* 20 Junii 1614, et in *Avellina* 12 Maii 1617.

(12. Et quod dictum est de curatis, intelligitur etiam si sint archidiaconi vel archipresbyteri, vel in alia dignitate constituti. Eadem sac. congreg. Episcop., in *Neapolitana Nullius motulæ* 23 Augusti 1652, apud Nicol., loco cit., n. 3.

(13. Potest episcopus exsequi suam sententiam latam contra suum clericum, antequam esset subcollector, vel etiam post, si antea fuerit inceptum iudicium. Sac. congreg. Episc., in *Policastren.* 13 Maii 1617, in *Squillacen.* 30 Maii 1626, in *Hieracen.* 24 Martii 1628, apud Nicol., loco cit., n. 7.

(14. Si subcollectores administraverunt redditus capitulares, compelli possunt ab ordinario ad reddendas rationes, sed, si fuerint in fraude deprehensi, puniuntur a suo iudice. Eadem sac. congreg. Episcop. 8 Junii 1646, apud eundem, loco cit., n. 6.

(15. Potest episcopus cogere etiam clericos subcollectores, ut synodis intersint, et ad publicas processiones accedant. Sacra congreg. Concil., in *Cajacensi* 31 Martii 1634, apud Pignatell., tom. I, consult. 479.

(16. Subcollector absque ordinarii licentia alloquens moniales potest excommunicari. Sacra congreg. Concil., in *Hipporegien.* 13 Maii 1628, apud Barbosam, loco cit., n. 7, et Tamburin., *De iure abbatissar.*, disp. 25, q. 4, n. 6.

(17. Subcollectoris delictorum saltem notiorum informationem potest capere ordinarius, vel capi facere ad effectum transmittendi suis superioribus. Eadem sac. congreg. Concil., in *dicta Hipporegien.* 13 Maii 1628.

(18. Subcollectores subjecti sunt episcopo quoad celebrationem missarum, et alias functiones ecclesiasticas, et quoad onera ipsi ratione beneficii incumbunt. Sacra congreg. Conc. 24 Maii 1664, apud Monacell., tom. IV, *Supplem. ad tom. III*, n. 87.

(19. Non potest tamen episcopus illos a divinis suspendere ob delicta occulta, sicut cæteros subditos. Sac. congreg. Concil., in *Vercellen.* 24 Novembr. 1671, apud Monacell., loco cit., n. 88.

(20. Subcollector spoliatorum nequit percipere distributiones quotidianas, dum ra-

tionem officii subcollectoris choro non assistit. Sac. congreg. Concil., in *Cassanen.* 9 Febr. 1647, ad cap. 12, sess. XIV, *De reform.*, et plures alii teste Pignatell., tom. I, consult. 327.

(21. Episcopus, si in sua diocesi omnes canonici, vel eorum major pars prætextu officii subcollectoris prætextum exemptionem a sua jurisdictione, debet facere verbum cum sanctissimo. Sac. congreg. Concil., in *Anagnina* 16 Novemb. 1652 ad cap. 10, sess. XXIV *De reform.*, apud Pignatell., consult. 389.

(22. Subcollectores et commissarii pro locis exemptis, sed habitantes in civitate episcopo subdita, non gaudent exemptione a jurisdictione ordinarii. Sacra congreg. Concil., in *Caputaquen.* 11 Martii 1722, sic refert Ursaya, in *Miscellaneo 1 sacro et profano*, litt. S, n. 246.

(23. Subcollectores Apostolici sunt quidem exempti a jurisdictione ordinarii, ut liquet ex constitut. 40 Gregorii XIII, t. IV, part. III *Bullar. nov.*, p. 293, et constitut. 47 Urbani VIII, tom. I, et ex jam allatis hucusque, sed cum multis limitationibus, nempe quod non obstantibus suis privilegiis adhuc subdantur jurisdictioni ordinarii in rebus respectantibus aut curam animarum, si quam exerceant, aut servitium ecclesiæ, si canonicatum aliudve beneficium possideant, et in pluribus aliis, ut patet in sequenti decreto sacre congregationis Concilii, approbante san. mem. Innocentio XI edito, quod ad uberiorem notitiam hic ad litteram datur una cum suis declarationibus seu additionibus emanatis a Benedicto XIII 23 Maii 1725.

## DECRETUM

*Sacra congregationis Concilii circa subcollectores latum die 27 Februarii 1677.*

(24. Die 27 Februarii 1577, sac. congreg. EE. S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum ad occurrendum controversiis ac querimoniis circa subcollectores spoliatorum, aliosque commissarios cam. Apostolicæ, præsertim regni Neapolitani ad eandem sac. congreg. delatis salubriter intenta, auctoritate etiam a S. mem. Clemente IX, et sanctissimo D. N. Innocentio XI tributa, prævia matura consultatione, statuit ac decrevit, ut in posterum in singulis infra scriptis diocesis, videlicet Aquinaten., Acerranarum, Aliphana, Avellina, Asculana in Piceno, Asculana in Apulia, Atrien., Bisacciarum, Bitonten., Bituntina, Brundisina, Bellicastren., Boven., Carinolen., Calven., Cajacen., Casertan., Campanien., Capritan., Conversan., Cotroneen., Castren., Castellananen., Civitatis ducalis, Campelen., Cariaten., Fundana, Frigintin., Guardien., Gravinen., Gallipolitan., Isclan., Insulan., Juvenacen., Liferen., Lavellen., Laquedonien., Motulen., Massulubren., Marturanen., Minerbianen., Monopolitan., Melphiten., Minoren., Marsicen., montis Marani, montis Pelusii, Melphien., Murana, Nuscanen., Nicoteren., Nucarina, Ostunen., Oritan.,

Ortonen., Pennen., Puteolan., Polignanen., Ravellen., Ruben., Rossanen., Rapollen., Reatina, Surrentina, Suessana, S. Agathæ, Satrianen., Stabien., seu Castri Maris, Sarnen., S. Severi, S. Angeli Lombardorum, Trojan., Theanen., Thelesina, Trivicana, Traanen., Ugentin., Umbriaticen., Vicen., Vulturarien., Vestan., Venusina, Valven., Vigilien., Venafrana;

(25. Et in singulis pariter infrascriptis locis exemptis, seu nullius diocesis, videlicet Canusii, Cerignolæ, Casalis novi, Cetran., Centolæ, Castri S. Laurentii, Castellan., Carbanarien., Brosii, Frasan., montis Virginis, montis Casini, Marubii, Putignani, Rutiliani, S. Stephani de Nemore, Sanctissimæ Trinitatis Caven., S. Angeli ad Fasanellen., S. Vincentii de Vulturano, Terlitii, et aliis, in quibus fortasse hactenus subcollectores deputari solitum fuit, unicuique subcollector.

(26. In sequentibus vero, scilicet, Aprutina, Aversana, Arianen., Amalphitan., Alexanen., Aquilana, Baren., Bojanen., Bovinen., Bisinen., Canaven., Capuana, Compisan., Cathacen., Hieracen., Hidruntona, Isernien., Latinen., Lycien., Marsorina, Nolan., Neritonen., Neocastren., Oppiden., Policastren., Potentin., Rheginen., Surana, Syppontina, Sulmonen., Squillacen., S. Severinæ, S. Marci, Theatina, Termularum, Triventin., Tarentin., Tricaricen., et Tropien., duo tantum.

(27. In sequentibus, nimirum: Acheruntina, et Materanen., unicuique, in Anglonen., Beneventan., Cosentin., Caputaquen., Cassanen., Mileten. et Salernitan. non plures quam tres, et in Neapolitana decem subcollectores, et non ultra, respective deputentur et exerceant.

(28. Ad evitandam autem confusionem remisit arbitrio nuntii dividere et assignare cuilibet subcollectoris partem diocesis, seu loca, intra quorum limites debeat in exercitio se continere.

(29. Et ne semel in subcollectores deputati necessitatem inducant multiplicandi alios subcollectores renuntiando officium, licet possint in eo continuare, et idonei sint, declaravit nullum subcollectorem post renuntiatum officium gaudere exemptione ab ordinario, nisi laudabiliter exerceat, saltem per duodecim annos;

(30. Eos vero qui in officio, aut alias ita deliquisse comperti fuerint, ut a nuntio amoveantur, et alii eorum loco deputentur, nullatenus exemptione huiusmodi gaudere; et econtra illos, qui probe ac fideliter se gesserint, velintque in officio continuare, confirmandos esse a nuntio, nec alios eorum loco deputari posse.

(31. Præterea, attenda subcollectorum huiusmodi multitudine et causa a san. mem. Urbano VIII, in sua constitutione 33, considerata, concedendi illis exemptionem censuit expedire, ut sanctissimus declaret, ita esse intelligendam dictam constitutionem, ut subcollectores, terminato officio non gaudeant amplius exemptione, defuncto, vel alias

deficiente ordinario in cuius tempore exerceverunt. Sicuti etiam declaravit illos qui, licet in subcollectores deputati fuerint, nunquam exerceverunt, minime gaudere; nec pariter illos qui non resident in diocesi pro qua sunt deputati, et ordinarium certiorare debere sac. congregationem de dicta non residentia, ejusque provisionem expectare;

(32. Generaliter vero subcollectoribus exemptionem ab ordinario in civilibus non suffragari, nisi adesset in diocesi iudex a nuntio deputatus, qui habeat tantummodo facultatem in causis passivis, et nullo privilegio aut exemptione gaudeat.

(33. Quod vero attinet ad substitutos et officiales subcollectorum, declaravit dd. substitutos non gaudere exemptione, illam tantum concedendam esse uni tantum notario pro quolibet subcollectore in actu exercitii, et quoad commissarios super illicitis negotiationibus, aut ad alias causas particulares deputatos non gaudere exemptione, nisi in actu exercitii, et tam commissarios huiusmodi quam subcollectores, quando procedunt contra denunciatos, vel alios inquisitos de illicitis negotiationibus, si ex processu informativo constet de eorum innocentia, non posse illos cogere ad expensas ejusdem processus et decreti absolutorii.

(34. Et quod majoris momenti est, ne prætextu huiusmodi officii cura animarum, servitium ecclesiæ ac divini cultus, morumque honestas detrimentum patiat, declaravit, parochos in subcollectores, aut commissarios ad quascunque causas particulares non esse deputandos, sicuti nec pœnitentiarium nec theologum. Quod si post deputationem de aliqua parochiali, aut pœnitentiali, vel theologali præbenda fuerint fortasse provisi, tunc minime gaudere exemptione in concernentibus curam animarum, et respective adimplementum onerum ipsarum præbendarum, et eadem ratione non gaudere canonicos, et alios beneficiatos subcollectores in concernentibus servitium ecclesiæ, et adimplementum onerum ipsorum canonicatum et beneficiorum, nec lucrari distributiones quotidianas, si non inserviant; insuper teneri ratione beneficiorum quæ obtinent ad publicas processiones accedere, solvere cathedraticum et subsidium charitativum, et interesse synodo ac visitationi, non tamen pluries quam semel in anno. Posse vero solummodo cogi ab ordinario ad exsequendam visitationem in iis, quæ respiciunt cultum divinum; ipsumque ordinarium posse procedere contra subcollectores accedentes sine ejus licentia ad monasteria monialium, aut non servantes præceptum communionis paschalis, et contra percutientes presbyterum vel clericum posse procedere ad declarationem excommunicationis ex can. *Siquis suadente*; et si quando repererit aliquem subcollectorem in publico concubinato vivere, certiorare debere eandem sacram congregationem ac ipsum nuntium, cuius partes erunt

severe eos punire ac privare officio. Posse tamen eundem ordinariū carceribus mancipare ad superiorum dispositionem retinendos, subcollectores deprehensos in fragranti crimine, quod meretur pœnam corporalem, non tamen minorem carceratione, dummodo statim de carceratione nuntium certioret.

(35. Item administratores locorum priorum in subcollectores deputatos subesse ordinario quoad redditionem rationum administrationis; nec posse subcollectores a casibus episcopo reservatis absolvi absque illius licentia, et nullum inquisitum posse a nuntio in subcollectorem deputari, nisi de ejus absolute constiterit.

(36. Ut autem sciant ordinarii quos in subcollectores aut commissarios debeant recognoscere, declaravit subcollectores teneri ostendere ordinario suas commissiones antequam illas exsequantur; commissarios vero particulares teneri, vel per litteras patentes, vel privatas sui superioris, aut alio modo certiorare ordinariū de demandata jurisdictione.

(37. Demum quatenus supradictæ declarationes, vel aliquæ illarum futuris temporibus non observentur, sacra congregatio voluit, incumbere locorum ordinariis, ut pro eorum zelo ac pastoralis sollicitudine quæcunque secus audiverint, huic S. Sedi fideliter referant pro opportuna provisione obtinenda.

(38. Et die 13 ejusdem, facta de præmissis omnibus relatione eidem sanctissimo D. N. Innocentio XI, Sanctitas Sua declaravit præcitam constitutionem fel. recordat. Urbani VIII esse intelligendam juxta prædictam sacræ congregationis sententiam, et præsens decretum, omniaque, et singula in eo contenta approbavit, et confirmavit, et inconcussa ac inviolabiliter observari, et exsequi mandavit, salva tamen semper ejusdem sacræ congregationis auctoritate, omniaque, et singula præfata declarandi, moderandi, et ampliandi, et in totum vel in parte annullandi et interpretandi.

(39. Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præsentis decreto, restricto ad collectores et subcollectores spoliatorum regni Neapolitani, per nuntium Apostolicum deputatos sive deputandos, derogatum sive præjudicatum minime censeatur reservationibus, et affectionibus beneficiorum eorundem collectorum, et subcollectorum resultantibus ex regulis Cancellariæ Apostolicæ.

Ita reperitur in registro S. C. C. et in fidem, etc.

PROSPER archiep. Theodosiæ, secr.

(40. Sequuntur aliquæ supra relati decreti declarationes, seu additiones, emanatæ a congregatione particulari, deputata in concilio Romano a SS. D. Nostro sub die 13 Maii 1725.

Primo quod in hac parte, scilicet in § *Et quod majoris momenti*, in quo decretum ejusdem congregationis Concilii loquitur de subcollectoribus, qui obtinuerunt postmo-

dum parochias, vel præbendam theologalem seu pœnitentialem, ampliatur decretum ipsum, et eidem addatur, prout nova hac declaratione additur, quod tunc subcollectorum officia illico cessent, et thesaurarius, vel nuntius Apostolicus alium deputare teneatur.

(41. Secundo non posse *Thesaurarium generalem* et nuntios in quacunque diœcesi, etiam extra statum ecclesiasticum, litteras patentes subcollectoribus in futurum concedere, nisi eis attestatio exhibeatur curiæ episcopalis, in qua de ipsorum bona vita et moribus, ac eosdem nec inquisitos nec processatos esse, testimonium feratur, quam attestationem et thesaurarius, et nuntius in actis conservare teneantur; alias patentes litteræ quorumcunque alio modo concessæ et expeditæ, nullæ sint et invalidæ; ita ut contra istos procedere possit episcopus ordinarius.

F. A. archiep. episc. Abellinen. et Frequentin. Concil. secr.

(42. Subcollector non nisi unus pro qualibet diœcesi deputari potest, et si plures deputentur, quamvis unus dicatur deputatus pro diœcesi, alter pro loco exempto intra diœcesim existente, hic postremus nulla gaudet exemptione. Cum enim in diœcesi Bituntina tres olim reperirentur subcollectores, unus videlicet pro ipsa civitate et diœcesi Bituntina, alter pro abbacia *Nullius Fasani*, et tertius pro loco *Nullius Rutiliani*, et episcopus Bituntinus die 14 Maii 1587 a sacra congregat. Concil. quæsivisset, « An subcollectores deputati pro jurisdictione Fasani, et Rutiliani, et commorantes Bitunti, aliqua in dicto loco gauderent exemptione? » Responsum fuit, « non gaudere et episcopum procedere posse in futurum; » uti habetur lib. XLVII *Decret.*, fol. 285. Atque episcopo Caputaquensi similem quæstionem proponenti in congregatione habita die 14 Mart. 1729 rescriptum fuit, ut servaretur prædictum decretum editum in Bituntina. Sic Benedictus XIV, qui tunc temporis erat secretarius ejusdem congregationis, *De synodo diœcesana* lib. III, cap. 8, n. 7, et reperitur in tom. II *Thesaur. resolution.* dicti anni.

(43. Subcollectores tenentur interesse synodo diœcesanæ, processionibus et visitationi, solvere cathedraticum et subsidium charitativum. Sacra Congr. Concil. 21 Mart. 1614 et 27 Februar. 1677, in supra allato decreto approbato ab Innocentio XI. Non annumerantur Sedis Apostolicæ officialibus, de quibus loquitur textus in cap. *Matthæus*, De hæreticis, et in c. *Divina in eminenti*, De privilegiis, inter Extravagant. *Commun.* Sic expresse declaravit sacra Congr. Concil. die 26 Martii 1682 quæ ad dubium: « An subcollectores spoliatorum pro R. Camera Apostolica recenseri debeant inter officiales, de quibus loquuntur ipsæ Extravagantes ad effectum præmissum? » Respondit *Negative*, et die 20 Junii ejusdem anni, perstitit in *decisis*, sicuti etiam respondit de protonotariis

non participantibus. Veri enim officiales Sedis Apostolicæ, de quibus loquuntur citati textus, altioris sunt gradus, atque ad graviora procuranda negotia destinati, ut scite d. Benedict. XIV, aliis allegatis, *loc. cit.*, n. 8.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(44. Deputantur subcollectores spoliatorum, vel a nuntiis Apostolicis, ut ex constitu-

#### SUBDIACONUS.

Vide verb. ORDO, art. 1, a n. 40 ad 42.

#### SUBORNATIO.

Vide verb. POENA, art. 1, n. 208, 209.

#### SUBREPTIO.

Vide verb. RESCRIPTUM, a n. 27 ad 33.

#### SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

##### SUMMARIUM.

1. Subsidium charitativum quare sic appelletur. — 2. Subsidium charitativum quid sit? — 3. Subsidium charitativum ex manifesta et rationabili causa, præter Papam, possunt in suis diœcesibus exigere episcopi, archiepiscopi, primates, patriarchæ, etc. — 4. Subsidium charitativum exigere potest episcopus electus et confirmatus, licet nondum consecratus. — 5. Administrator seu coadjutor datus episcopo per Papam, vel ecclesiæ cathedrali vacanti, potest a subditis illius ecclesiæ exigere charitativum subsidium. — 6. Capitulum, sede episcopali vacante, potest exigere charitativum subsidium. — 7. Cardinales illud exigere possunt in ecclesiis suorum titularum. — 8. Legatus Papæ illud exigere potest ab ecclesiis provinciarum sibi delegatarum. — 9. Generalis totius ordinis Regularis potest illud exigere a monasteriis sui ordinis pro sumptibus necessariis ad gubernationem ordinis, si aliunde non habeat bona sufficientia ad id destinata. — 10. Commendatarius perpetuus ecclesiæ cathedralis potest illud exigere ab ecclesiis subjectis. — 11. Prælati episcopo inferiores an illud exigere possint? — 12. Vicarius generalis episcopi illud exigere nequit, nisi de speciali mandato episcopi. — 13. Patriarchæ, primates et archiepiscopi nequeunt illud exigere in diœcesibus suorum suffraganeorum, nisi id eis alicubi competere ex legitima consuetudine. — 14. Episcopi alique supradicti possunt etiam per censuras compellere ad illud sibi præstandum clericos renuentes. — 15. Ad hoc ut episcopus vel alius possit illud exigere, debet intervenire manifesta et rationabilis causa necessitatis. — 16. Quæ dicatur manifesta et rationabilis causa necessitatis, relinquuntur arbitrio episcopi una cum consensu, vel saltem consilio capituli quod episcopus tenetur requirere. — 17. Quid agendum? Si dubium et controversia sit inter capitulum et episcopum, an subsit sufficiens causa illud exigendi, vel quantitas petita sit nimia et excessiva. — 18. Assignantur in specie rationabiles et manifestæ causæ sufficientes ad illud exigendum. — 19. Prædictæ tamen causæ sunt solummodo sufficientes in casu, quo episcopi redditus ad satisfaciendum eis non sufficiant. — 20. Episcopus enim, qui habet congruam pinguem, quæ excedat taxam a concilio præscriptam, non potest illud exigere. — 21. Quantitas subsidii charitativi, cum non sit a jure definita, determinari potest, et debet ab episcopo cum consilio capituli juxta exigentiam circumstantiarum necessitatis, expensarum, reddituum et hujus-

tionem Gregorii XIII, in ordine 26, tom. II; et Urbani VIII, 147, tom. IV, vel a cardinali camerario et a thesaurario generali, juxta Constit. ejusdem Urbani 190; § 5 et Alexandri VIII, 190, § 11, tom. VI.

(45. In subcollectores autem non possunt deputari, nisi ii, qui de legitimo matrimonio nati sunt, ut rescripsit sac. Congr. Concilii interpres in *Bituntina* 4 Maii 1697.

modi. — 22. Debet tamen ab episcopo semper taxari et exigere subsidium moderatum. — 23. Hodie tamen debet servari taxa solita exigere a quadraginta annis retro. — 24. Et ad subsidii contributionem majorem solito nullus cogi debet. — 25. Nec subsidium charitativum debet excedere expensas factas in Bullis expediendis. — 26. De jure communi non tantum semel, sed etiam pluries potest illud exigere. — 27. Jure tamen novo taxæ Innocentianæ exigere potest solum unica vice in primo ingressu episcopi. — 28. Nec potest exigere ubi id non est solitum. — 29. Ad solvendum subsidium charitativum tenentur soli clerici beneficiati, et minime clerici beneficio carentes, et laici. — 30. Affertur et solvitur instantia. — 31. Ad illud solvendum tenentur non solum simplices clerici beneficiati, sed etiam canonici omnes etiam cathedralis. — 32. Non tenentur tamen canonici solvere tale subsidium de distributionibus quotidianis, et de oblationibus, et mortuariis. — 33. Hospitalia, si titulum beneficii habeant, aut fundatasint auctoritate ordinarii, quamvis non habeant titulum beneficii, tenentur illud solvere. — 34. Monasteria et eorum ecclesiæ regulares non tenentur solvere subsidium charitativum. — 35. A monialibus non potest episcopus aliquid subsidii charitativi nomine exigere aut recipere. — 36. Tenentur tamen monasteria regularia illud solvere ratione secularium, si quas tales habent. — 37. Clerici beneficiati pauperes non tenentur illud solvere. — 38. Fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum vicarii non tenentur illud solvere. — 39. Cardinales non tenentur illud solvere pro suis beneficiis. — 40. Tenentur tamen illud solvere eorum familiares et alii curiales, etiam Papæ familiares, nisi aliter sit legitima consuetudine introductum. — 41. Successor in beneficiis compelli potest ad solvendum illud quod ejus antecessor non solvit. — 42. Clericus beneficiatus habitans in una diœcesi et habens beneficium in alia, tenetur illud solvere soli illi episcopo, in cujus diœcesi habet beneficium. — 43. Et si beneficium, seu ecclesia beneficalis, sita sit in una diœcesi et habeat prædia seu redditus in alia, tenetur illud solvere episcopo diœcesis suæ ecclesiæ. — 44. Quid, si ecclesia sit in confinio duarum diœcesum, et dubium sit cui episcopo competant jura episcopalia et collatio in dicta ecclesia? — 45. Pensionarius et rector beneficii quomodo, quando et ubi illud solvere debeant? — 46. Ecclesiæ pleno jure exemptæ non tenentur illud solvere; limitatur tamen conclusio in duobus casibus, qui assignantur. — 47. Alia ad rem ad n. 52.